

tur a Christo homine, ad illud tamen extendendum, nec ipse Caelo descendit, aut ad animam judicandam praefentialiter accedit, nec anima judicanda ascendit in Caelum ad thronum Christi. Ratio prima est, quia si Christus judicaturus deum, homo in diversis, & contrariis motibus, ut ad multos, & in contrariis locis existentes ac continuo morientes, accederet, eorumque animas judicaret. Quare cum Scriptura & Patres dicunt, Christum venire ad iudicium in obitu, non debent intelligi de adventu locali, sed intellectuali, quia haec ab anima quae iudicatur, videtur, ut si ei esset localiter praesens. Ratio secunda est. Quia non decet sanctitatem caelestis Jerusalem, eam ingredi animas peccato conquinatas, quales sunt, quae in lethali, aut etiam veniali, a corpore solvantur; immo quamvis anima a corpore egrediatur pura, non debet ad locum gloriae, & praemii admitti nisi post laram sententiam. Quare Patres dum dicunt, deduci animas ad thronum Dei iudicandas, non intendunt, eas ascendere ad Empyreum, sed loquuntur accommodate ad eptum nostrum, & humano modo rem explicando, ita ut non aliud significant, quam intellectuales praesentationem, & elevationem ad thronum Dei. Ita dicuntur, qui volunt Christum iudicandum esse iudicem in iudicio particulari non minus, quam in universali.

XIII. Verum eorum pace dixerit, Si unum ex praecipuis fundamentis ad asserendum Christum ut hominem esse iudicem etiam in iudicio particulari, est, quia Scriptura & Patres dicunt, Christum venturum, & animas coram ipso sitendas; cur modo dicant, Christum localiter non descendentem, nec animas localiter coram ipso praesentandas; sed totum intellectuales praesentandas? Quia enim Christus ut homo erit iudex in iudicio universali, vere localiter descendet & Caelo, & homines iudicandi vere localiter coram eo praesentabuntur? At hoc iniquum, plura inconvenientia in iudicio particulari involveret, si descensus Christi, & ascensus animarum per motum fieret. Fator. Veriorem ergo crederem opinionem, in quam ut dixi, S. Thom. magis propendit. Quod sicut ante incarnationem iudicium particulare exercebatur a Christo ut Verbum Dei est, ita & modo. Sic enim Christus ratione divinitatis omnibus semper adest, & animas iudicande illi praesentes sunt, & omnia spiritali modo peraguntur. Nihilominus, quomodo de facto contingat, nonnulli divinando assequi possumus.

Q U A E S T I O V.

De qualitate mundi post Universale iudicium.

Multa, quae in hac quaestione essent tractanda, sive de gloria Beatorum, sive de damnatorum poenis, in hoc Theologico cursu resoluta sunt. De statu enim Beatorum actum fuit, Tom. 1. in 2. p. de Visione Dei, & in 1. 2. dum ageretur de Beatitudine. De poenis damnatorum tractatum fuit, Tomo citato in 1. parte, dum de poena Daemonum sermo fuit. Unde haec vel omittimus, vel breviter percurremus. De hoc visibili mundo in praesenti inquitur, qualis futurus sit ejus status post iudicium universale.

D U B I U M I.

De statu Corporum Caelestium post iudicium.

§. I.

De mundi innovatione.

I. POST divini iudicis sententiam de toto humano genere pronuntiatam, primum quod immediate sequetur erit assumptio omnium iustorum una cum Christo & Sanctis Angelis in Caelum Empyreum, ut ibi aeterna felicitate fruantur, ac eodem tempore deficientes terra impios omnes, & simul Demones absorbebit ignibus involvatos, ut in eisdem visceribus, nimirum in inferno aeternaliter crucientur. Unde quaestio locus aperitur, quid nempet fiet de hoc visibili mundo omnibus habitatoribus vacuo.

II. Mundum hunc post universale iudicium esse innovandum conformes asserunt Patres, & Theologi moti auctoritati Scripturae, tum Isaie 65. v. 17. Ecce enim ego creo Caelum novum, & terram novam, & novae erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. Sed gaudebitis, & exultabitis usque in sempiternum in his, quae ego creo. Et cap. 66. vers. 22. Quia sicut Caeli novi, & terra nova, quae ego facio stare terram meam, dicit Dominus, sic habet semen vestrum, & nomen vestrum. Tum 2. Petri 3. vers. 12. Novos vero Caelos, & novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitabit. Tum Apoc. 21. v. 1. Vidi Caelum novum, & novam terram novam: primum enim Caelum, & prima terra abiit, & novum non est. Nam quia novi Caeli, & nova terra, quoad substantiam sunt, sed quoad accidentia, in Tract. de fine mundi 9. 1. Dub. 3. §. 1. diximus.

III. Causam huius innovationis assignat S. Augustinus lib. 26. de Civitate Dei, cap. 16. Ut scilicet mundus in melius innovetur, oportet accommodari hominibus etiam carneis melius innovari. Mundus enim est propter homines, praefertim propter electos, juxta illud Pauli 1. Cor. 3. v. 22. Omnia enim vestra sunt, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura; omnia enim vestra sunt. Cum ergo post iudicium

status electorum sit innovandus, & perficiendus, decet, ut mundus totus innovetur, & perficiatur modo congruo statui electorum.

Hoc exponit S. Th. q. 91. Suppl. art. 1. his verbis: Omnia corporalia propter hominem facta esse revidentur. Unde & omnia dicuntur et subsistentia serviantur homini dupliciter. Una modo ad subsistentiam corporali vitam: alia modo ad subsistentiam cognitivam divinam, in quantum homo per ea quae sunt facta invisibilia Dei consistit ut dicitur Rom. 1. Primo ego ministerio creaturarum homo glorificatus nullo modo indignus; cum ejus corpus sit futurum omnino incorruptibile, divina virtute id faciente per animam, quam immediate glorificat. Secundo autem ministerio non indignus homo quantum ad cognitionem intellectivam: Quia tali cognitione Deum Sancti videbunt immensus per essentiam. Sed ad hanc visionem essentia oculis carnis attingere non poterit. Et ideo ut etiam solentium sibi congruens de visione divinitatis praesentat, inspicit divinitatem in suis effectibus corporaliis, in quibus manifesta indicia divina manifestat apparent, & praecipue in carne Christi, & post hoc in corporibus beatorum, & demerit in omnibus aliis corporibus. Et ideo oportet, ut etiam alia corpora majorum influantur a divina bonitate suscipiant, quam nunc, non tamen speciem variantem, sed adhaerent simul gloriae perfectionem. Et hoc erit mundi innovatio. Unde similis mundus innovabitur, & homo glorificabitur. Hac angelica claritate S. Thomae.

IV. Hunc discursum confirmat Elijus, in 4. dist. 48. §. 6. Cum mundus corporeus propter hominem conditus sit, congruit divine sapientiae, ut homine per resurrectionem glorificando, mundus etiam modo quodam modo glorificetur; sicut & homine peccantem undus fuit, in deterius mutatus. Terra enim malefacta in opere hominis, Gen. 3. Nec dubium, quin & caetera elementa, & quaecumque hominum usus subterviunt, similem maledictionem subierint, quemadmodum docent Basil. & Ambr. in Hexam., & Prudentius in Hamartigenia, id est, Origine peccati. Quo spectant Pauli verba Rom. 8. v. 20. Vanitatem enim creaturae subiecta est non volens. Unde & de ejus futura cum homine, & propter hominem innovatione subjicit, v. 21. Quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei, videlicet, aspirans; & anhelans quoadmodum ad renovationem futuram, tamquam ad suum, & hominis, propter quem facta est, bonum. Quamvis enim ut dictum est, nulla tunc futura sit hominis indignitas, cui mundus iste subterviat; tamen sicut oculis interioris meritis in Dei contemplatione delectabitur, ita oculis exterioris corporis non sine magno, & sancta delectatione versabitur in pulcherrimis Dei operibus contemplandis juxta illud Psalm. 91. v. 5. Quia delictasti me Domine in sidera, & in operibus manuum tuarum exultabis.

V. Neque hoc est incidere in opinionem erroneam Empedoclis, cui adhaerit Origenes, l. 2. Periarch. c. 3. ponens post hunc mundum futurum alium. Nam non dicimus nos, mundum innovandum in substantia, quasi veterem destructo, alium mundum nova creatione Deus fit facturum, ut Empedocles, & Origenes assererent. Sed dicimus, mundum istum fore innovandum nova, & majori accidentali perfectione, non quidem sibi naturali, & debita, sed supernaturali, & ex Dei gratia, quam licet corpora illa insensibilia non meruerint, homo tamen meruit, ut illa gloria toti universo conferretur, in quantum hoc caelestis in augmentum gloriae hominis: sicut aliquis homo meretur, ut ornariis vestibus induatur, quos tamen ornatus ipsa vestis nullo modo meretur. Ita S. Thom. dicto art. 1. ad 4. & 5.

§. II.

An motus Corporum Caelestium cessabit.

VI. Dico. In mundi innovatione caelestium corporum motus cessabit. Ita S. Thom. q. 91. Suppl. art. 2. Ubi dicit circa hoc triplicem esse opinionem. Prima est Philosophorum, qui dicunt, quod motus Caeli semper durabit. Sed hoc rejicit S. Doctor, quia non consonum fidei nostrae, quod certum numerum electorum praesentium a Deo. Et sic oportet, quod generatio hominum non in perpetuum duret, & eandem ratione nec alia, quae ad generationem hominum ordinatur, sicut est motus Caeli & rotationis elementorum. Alia vero est, quod motus Caeli cessabit secundum naturam. Sed hanc etiam rejicit S. Thom. quia omne corpus, quod naturaliter movetur, & naturaliter movetur, & a quo non recedit, nisi per violentiam. Nullus autem talis locus potest assignari corpori caelesti: quia non est magis naturalis Soli accessus ad punctum Orientis, quam recessus ad occ. Unde &c.

VII. Tertia autem opinio, quam amplectitur S. Thom. est, quod motus Caeli cessabit in illa mundi innovatione, non quidem ex aliqua naturali causa, sed divina voluntate faciente. Et probat, quia corpus caeleste, sicut & alia in ministerium hominis facta sunt, & ad hoc moventur, ut ei inserviant ad sustentationem vitae, in quantum per motum Caeli multiplicatur genus humanum, & generantur planta, & animalia, quae usui hominum sunt necessaria, & etiam temperies in aere efficitur conservans sanitatem. Unde homine glorificato motus Caeli cessabit.

VIII. Alia ratio est. Motus Solis, & aliorum orbium caelestium insilientium a Deo fuit, Gen. 1. v. 14. ut dividant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & anni. Sed homine glorificato, ut dicitur Apoc. 10. v. 6. Tempus non erit amplius, nec divisio in diem, ac noctem, in menses, & annos: Unde Hail. 60. v. 20. Non occidet ultra Sol, & Luna

na tunc non morietur, quia erit eorum Dominus in lucem sempiternam; ergo &c.

IX. Tertia est. Quies simpliciter perfectior est motu. Tum quia est terminus motus. Tum quia est quietis magis assimilabilis Deo, qui est maxime immobilis, sed homines in fine mundi glorificato corpora caelestia in summa perfectione erunt; ergo &c.

X. Contra primam rationem S. Thom. nempe, quod motus calorum cessabit in fine mundi, quia cessabit generatio, & quicumque alius motus naturalis in inferioribus exurgit debuit, an cessato motus Caeli sic causa sufficiens cessationis generationum, & motuum naturalium. Quibusdam enim videtur, quod non. Partim quia Caelum non tantum agit per motum, sed per lucem, & occultas influentias. Unde in sistemate Copernici Caelum neque modo moveretur, sed potius terra circa Caelum: & tamen sunt generationes, & motus in his inferioribus. Partim. Quia (Jofue 10. vers. 12.) Stetit Sol in medio Caeli, & non cessavit occurrere spatio unius diei: & consequenter omnes alii orbés caelestes cursus suos retinuerunt, cum tamen generationes, alique motus in his inferioribus pro eo tempore non cessaverint.

XI. Tenuid tamen est sententia S. Thomae, quam docet non folum hoc art. 2. sed etiam quaest. 5. de potentia, art. 8. ubi docet: Quod Deus in videtur insilientibus corporalia, ut inferiora a superioribus, & superiora a spiritualibus pendeant: Unde cessante actione substantiae separatae, oportet, quod cesset actio corporis elementaris, ea scilicet, quae est secundum proprietatem corporis, quae est agere per motum. Quia cum in corpore caelesti duplex fit actio: una, quae est ad sustentationem materiae, alia ad quandam distinctionem similitudinibus formae in medio ad motum spiritualis intentionis, & hoc modo Sol illuminat terram, & calor speciem suam multiplicat in medio: utroque autem modis actio in his inferioribus causatur ex corporibus caelestibus. . . . Ideo cessante motu Caeli, erit quidem cessatio in his inferioribus illuminationis, & immutationis mediae in sensibilibus, non autem erit actio per quam transformatur materia, quam sequitur generatio, & corruptio. Ita S. Thomae.

XII. Ad ea, quae opponuntur. Dico ad primum. Quod Caelum agit quidem in haec inferiora transfundendo per lucem, & influentias: sed lucem, & influentia non applicatur eis in ordinario rerum statu nisi per motum. Et ideo hoc cessante cessabunt dicte actiones transmutative inferiorum corporum, immo & ipsa corpora cessabunt, ut infra. Quod vero corpora caelestia non moventur, sed terra circa Caelum, ut fert sistema Copernici, falsum puto quia contrarium Verbo Dei, ut statim dicam. Neque hic examinare oportet pretium est.

Ad secundum. Respondeo, quod Deus ex virtute, quae ad vocem fovec fecit stare Solem, fecit etiam ut generationum, & actionum naturalium ordo in his inferioribus fervaretur. Sicut dicit S. Thom. Opus. 10. art. 8. & Opus. 11. art. 10. quod licet cessante motu Caeli cessaret in fibro motus mallei, immo cessaret corpus mallei, & ipsum corpus fabri vitam amitteret: si tamen supernaturalis virtute, & fabri, & mallei remaneret; oportet dicere quod fibrorum corpora eandem habebunt vim ad movendum malleum, quam modo habent.

XIII. Sed dices primo. Substantia corporum caelestium semper erit; ergo semper erit id propter quod facta est, alius esset frustra, sed caelestia corpora facta sunt ad hoc ut dividant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & anni, Gen. 1. vers. 14. Quod non possunt facere nisi per motum; ergo motus Caeli semper durabit.

XIV. Respondeo dist. confeg. semper erit id propter quod ultimo facta est, conc. confeg. propter quod proxime facta est, nego confeg. Ita S. Thom. hoc art. 2. ad 3. his verbis: Finit qui ibi (in Genesi) assignatur corporibus caelestibus est finis proximus, quia est proprius eorum actus. Sed iste actus ultimus ordinatur ad alium finem, scilicet ad ministerium humanum, ut patet per id quod habetur Deuter. 4. Ne forte oculis elevatis ad Caelum videas Solem, & Lunam, & omnia astra Caeli, & errore deceptus adores ea, quae creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quae sub Caelo sunt: Et ideo magis debet sumi iudicium de corporibus caelestibus secundum ministerium hominum, quam secundum suum in Genesi assignatum. Corpora autem caelestia per modum alium in ministerium hominis profecti cadent, ut supra dictum est (nimirum Beatorum gloriae) ideo non sequitur, quod frustra remaneant, quamvis crearent motu.

XV. Replicabis. Nihil est propter id, quod est vilis sed: sed generabilia, & corruptibilia, inter quae sunt homines, viliora sunt Caelis, qui incorruptibiles sunt, ergo &c.

Respondet S. Thom. q. 5. de potentia, art. 5. ad 5. Quod licet generabilia, & corruptibilia sint viliora Caelo; tamen anima rationalis sunt corpore Caeli nobiliores: quae tamen a Deo producuntur ad esse in materia disposita per motum Caeli, qui ad hoc servit, ut per continuas generationes, & corruptioes compleatur numerus electorum, quo completo cessabit finis principalis motus Caeli, non tamen ultimus qui est bonitas divina, in quantum creaturae, quocumque ad eam pervenit, vel per similitudinem, vel per debium famularum, ut docet idem S. Thom. ibidem ad 6.

XVI. Dices secundum. Motus circularis est naturalis caelestibus corporibus, sicut naturalis est gravi motus dorsorum, & levi motus sursum, cum hac differentia, quod gravitas, & levia naturaliter non moventur, nisi cum quod extra suum: ubi Caelum autem moventur etiam dum est in suo ubi: Sed gravitas, & levia detineri non possunt a motu sine violentia,

ergo neque Caelum. Cum enim nihil violentum possit esse perpetuum, sequeretur, quod illa quies in Caelo non esset perpetua, sed quod aliquando Caelum iterum moveri inciperet, quod est absurdum.

XVII. Respondeo nego maj. Motus enim Caeli (qui docet S. Th. q. 9. de pot. art. 5. etc.) non eodem modo est naturalis Caelo, sicut motus elementorum est naturalis elementis. Nam in his non solum habet principium materiale, & necessarium, sed etiam formale, & activum; formam enim elementaris corporis sequitur talis motus, sicut eadem proprietates. In Caelo autem motus circularis est quidem naturalis ratione principii passivi, qui Caelum naturaliter capax est talis motus, non tamen ratione principii activi; quia ejus forma non habet inclinationem ad talem motum, unde quies ei non est violenta. Neque etiam Caelum moventur ad aliquam perfectionem sibi acquirendam, sed ut serviat numero electorum complendo; hic est enim finis motus calorum. Unde numero electorum completo, Caelum desinit a motu, absque eo quod deficiat illi aliqua perfectio fore naturae convenientis, immo perfectio ejus augebitur, ut infra.

XVIII. Dices tertio. Si Sol a motu cessaret, non esset assignabilis, in qua mundi plaga periret, cum sit indifferens ad quaecumque. Adde quod si in Oriente periret, alia pars Occidentis opposita esset in perpetuis tenebris, quod illi felicit statui orbis non congrueret.

XIX. Respondeo cum S. Thomae q. 91. Suppl. art. 2. ad 8. Quod quomodo corpus caeleste secundum suam naturam aequaliter se habeat ad omnem finem, qui est ei possibilis, tamen si comparatur ad ea, quae sunt extra ipsum, non aequaliter se habet ad omnes finem, sed secundum unum finem nobilissimum disponitur respectu quocumque, quam secundum alium, sicut quoad nos nobilissimum disponitur Sol in die, quam in nocte. Et ideo probabiliter est, cum tota innovatio mundi ad hominem ordinetur, quod Caelum habeat in illa novitate nobilissimum finem, qui est possibilis in respectu ad nostram habitationem.

XX. Propterea cum secundum Aristotelem nobilissimum caeli situs sit Oriens, in quo etiam creatus censetur Sol, sicut Luna in Occidente, valde verisimile creditur, Solem silentium fore in Oriente, & Lunam in Occidente, non quia completa sit revolutio Caeli, quae nisi triginta sex millibus annorum complebitur, alius ut bene advertit S. Thom. cit. ad 8. sequeretur, quod mundus deberet tandem durare, & praeterea fieri posset, quando mundus finiri deberet, sed divina voluntate ita statuente. Verisimile enim est, Deum collocaturum Solem, & Lunam, in eo puncto fove loco, in quo quarto die utrumque luminare condidit: luminare autem majus, nempe, Solem creditur condidisse in Oriente, & in nostro Hemisphero, & in eo primo eluxisse, Lunam autem in opposito, & ad Occidentem, quia illam in plenitudo, & Soli oppositam posuit, ut statutum fuit in quadam Synodo Palaestinae apud Bedam de ratione temporum, & tradit Damascenus, lib. 2. fidei, Ordo. cap. 7. Sic enim Luna opposita Soli plenius a Sole illuminabitur.

Credidit etiam, Solem permanfurum in Oriente, & in nostro Hemisphero, quia in eo olim fuit Synagoga, & Ecclesie Christi initium, & Christus redemptionis nostrae mysterium ibi operatus est, & illuc etiam descendit ad universale iudicium, ut supra dictum est. Eadem ratione creditur, Stellis omnes collocandas in aeternum permanfurum in eo loco, in quo conditae fuerunt. Ita probabiliter descurritur.

XXI. Nihilominus nihil certi possimus statuere, quia ab eo quod factum est in conditione rerum, non valet arguere ad ea, quae in rerum fine contingunt. Nam ut ait S. Th. q. 5. de potentia, art. 5. ad 16. In mundi principio natura instituitur. Et ideo in his, quae ad principium spectant, non oportet naturae proprietatem praetermittere. In mundi autem fine natura operatio consequitur finem a Deo sibi institutum. Unde oportet ibi recurrere ad voluntatem Dei, quae talis finem instituit. Nec etiam movere nos debet, si Sol in una parte terre semper conlister. Nam, ut ait idem S. Thom. ibi ad 17. Licet Caelo quiescente semper sit futurus Sol ex una parte terra, non tamen ex alia parte terra erunt omnia tenebrae, & obscuritas propter claritatem, quae a Deo elementis traditur. Unde habetur Apoc. 20. Quod Civitas non eget Sole, neque Luna; nam claritas Dei illuminabit eam. Si tamen sit amplior claritas ex illa parte terra, quae fuit inhabitata a Sanctis nullum inconveniens sequitur. Uno verbo (inquit S. Thomas ibi ad 18.) Quomodo ad Caelum aequaliter se habeat ad quolibet finem sibi possibilem, non tamen motus est propter acquisitionem finem, sed propter aliquid aliud: Unde in quocumque situ remaneat completo eo ad quod erat (nempe numero electorum) nihil difert. Ita S. Thomas & quidem tutius. Nam aliter nisi divinando possumus loqui.

§. III.

An corporibus caelestibus in illa innovatione claritas sit augenda.

XXII. Dico. In illa innovatione corporum caelestium claritas augebitur. Quantitas tamen, & motus huius augmenti illi soli notus est, qui erit illius auctor. Ita S. Th. q. 91. Suppl. art. 3. Primam partem sic probat: Ad hoc innovatio mundi ordinatur, ut etiam mundo innovato, manifestis indicibus quasi sensibilibus Deus ad eam perveniat: Sed creaturae praecipue in Dei cognitionem ducit sua specie, & decoro, quae manifestas sapientiam faciunt, & gubernantur: Unde dicitur Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturae cognoscitur.

eliberat poterit error horum videri. Pulchritudo autem celestium corporum precipue conficitur in luce. Unde Ecclesiastici 43. dicitur species Caeli gloria stellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus; ergo precipue quantum ad claritatem corpora celeſtia multatibuntur.

XXIII. Secunda pars probatur. Reſcendendo varios dicendi modos. Non enim primo dicitur, innovationem esse faciendam per hoc quod luminari, que modonon illuminant, sine defruendo, & alia nobiliora a Deo creanda iuxta illud Iſaie 66. v. 22. & Apoc. 21. verſ. 1. Et vidi Cælum novum, & terram novam. Primum enim Cælum, & prima terra abijt. Non inquam, qui iam non eſſet mundi innovatio, ſed veteris deſtructio, & novi mundi productio. Sicut ergo homines glorioſi augentur non deſtruentur, ſed qui prius erant dotibus glorioſi augebuntur accidentaliter: ita etiam Cæli, & terra, glorioſi augebuntur, ſuo modo majoris lucis acceſſione glorioſificabuntur, ut ſerviant homini in gloria, que in hac mortali vita ei ſerviant. Quamvis autem Cæli non ſint naturali mutabiles, ſunt tamen omnipotentia Dei obediētes, ut recipiant effectus, quos in eis producere voluerit, non ad correptionem aliquis defectus, ſed ad perfectionis eorum augmentum.

Hinc nec ſecundo dici poteſt, Cælum per Ade peccatum fuiſſe in luce deterioratus, ideoque innovationem eorum futuram eſſe lucis primigenia, & natura ſue convenientis reſtorationem. — Item, ut advenit S. Th. minoratio illa luminis in corporibus celeſtibus poſt peccatum Ade non intelligitur facta ſecundum realem hominibus ex lumine corporum celeſtium poſt peccatum ſecutus eſt, quantum ante fuiſſet: per quam etiam modum dicitur Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi. Quæ tamen etiam ante spinas, & tribulos germinaverit, ſed non in hominis penam. Nec tamen ſequitur, ſi lux celeſtium corporum per eſſentiam immutata non eſt hominis peccato, quod realiter non ſit augenda in ejuſ glorificatione, quia peccatum hominis non immutavit ſtatum univerſi, cum etiam homo prius, ſicut & poſt, animalem vitam haberet, que necu, & generationis corporalis creatura indiget. Sed glorioſiſſimo hominis ſtatum totius corporalis creatura immutabit.

XXIV. Hinc etiam ſequitur, homine non peccante, futuram diſtinctionem diei, & noctis, licet hæc homine glorioſificato futura amplius non ſit, quia Luna tantam lucem habeat, quantum modo habet Sol, ut dicitur Iſaie 30. v. 26. Et erit lux Luna ſicut lux Solis; & lux Solis erit ſequentior, ſicut lux ſeptem dierum. Quia ut habetur Gen. 1. v. 16. Sol, & Luna ad hoc facta ſunt, ut dividant diem, ac noctem; & ideo nox non ex peccato hominis, ſed ex creatione induſta eſt. Unde (inquit S. Th. citatus ad 4.) non ſequitur, quod (homine non peccante) Luna exiſſet ſuper terram diem ſeſſet, ſed quod totum commoventem ex lumine Luna homo non habuiſſet, ſicut nunc habet ex lumine Solis. Sed poſt reſurrectionem quando lux Luna augebitur ſecundum rei variationem, non erit alieni nec ſuper terram, ſed ſolum in cœvo terra, ubi erit infernus, quia tunc, ut dicitur Luna lucebit, quantum lucebat nunc Sol, Sol autem in ſepulchrum plus quam nunc: Corpora autem Beatorum ſepulchris Solis; Quamvis hoc non ſit aliqua auctoritate, vel ratione probatum.

XXV. In qua vero quantitate augenda ſit lux celeſtium corporum Deus ſolus, ut dicit S. Th. novit. Eſta enim loco ex Iſaia citato dicitur, quod ſeptemdecim augebitur; in fraſi tamen ſcripturæ numerus ſeptemdecim non ſemper designat numerum determinatum, ſed interdum exceſſum indefinite.

XXVI. Reſpondeo, ſi in ſtatu præſenti durationis temporum corporum celeſtium lux augeatur: ſed quod homine corpore, & anima glorioſificato, & mundo innovato corporum celeſtium lux augeatur, erit convenienter illis pro eo ſtatu; nam cum creata ſint propter hominem, iſto glorioſificato, & ad alium ſtatum translato, convenienter eſt, ut & illa ſuo modo glorioſificentur, & ad alium ſtatum transferantur. Quemadmodum ergo corpora eleſtium in reſurrectione dotibus glorioſis ſupernaturaliter per totam æternitatem ornabuntur, ſic & celeſtia luminaria ut illis proportionate ad illum ſtatum deſerviant majori luce dormibuntur.

DUBIUM II.

De Innovatione Elementorum.

S. I.

Reſolutio Dubii.

I. Dico. In generali mundi innovatione omnia elementa claritate quadam veſtiantur; non tamen æqualiter, ſed ſecundum ſuum modum. Ita S. Th. Quæſt. 91. Suppl. art. 4. Suppono, ante iudicium elementa, terram, aquam, & aerem, igne ultime conflagrationis de qua ſupra & que iudicium præcedet, fuiſſe purgata ab omni face, & ſorde, nec non ab omni cuiuſque extranei commixtione, & ideo pura, & mundata eſſe. Unde modo addo, eſſe ulterius claritate quadam proportionaliter ad unicuique naturam veſtiantur.

II. Probat S. Th. citatus his verbis: Sicut eſt ordo celeſtium ſpiritus ad terrenos ſpiritus, ſcilicet humanos, ita eſt ordo celeſtium corporum ad corpora terreſtria. Cum ergo creatura corporalis ſit propter ſpiritualium, & per eam regatur, oportet ſimiliter diſponi corporalia, ſicut & ſpiritualia diſponuntur. In illa autem ultima reum conflagratione ſpiritus inferiores accipient proprietates ſuperiorum ſpiritus, quia homines erunt ſicut Angeli in Cælo, ſicut dicitur Matth. 22. Et hoc erit in quantum ad maximum perfectionem perveniet id, ſecundum quod humanus ſpiritus cum Angelis convenit. Unde etiam ſimiliter cum corpora inferiora cum celeſtibus non communicent, niſi in natura luce, & diaphani, ac dicitur in 2. de Anima, text. 68. oportet, corpora inferiora maxime perfecti ſecundum claritatem. Unde omnia elementa claritate quadam veſtiantur, non tamen æqualiter, ſed ſecundum ſuum modum: dicitur enim, quod terra erit in ſeſpectu exteriori purior, ſicut vitrum, aqua ſicut cryſtallus, aer de Cælum, ſicut in luminaria Cæli.

III. Hoc idem probat in argum. ſed contra primo ex illo Apocal. 21. Vidi Cælum novum, & terram novam, quod dicitur etiam Iſaie 66. & 2. Petri 3. ubi nomine terre elementa intelliguntur. Sed Cælum innovabitur per majorem claritatem; ergo & terra, & alia elementa ſimiliter.

IV. Secundo. Corpora inferiora ſunt in uſum hominum, ſicut ſuperiora, ſed homine innovato, corpora ſuperiora innovabuntur majori luce, ut dicitur eſt: ergo ſimiliter & inferiora. Cum enim in hac mortali vita ſua obſequia hominibus exhibentur, a qua ſervitute, ut ait Paulus, Romani. 8. verſ. 21. in illa revelatione ſiliorum Dei liberabuntur, congruum eſt, ut aliquo quaſiſtremis donentur, quod ſicut mortalium corporum ſtatu ſervituti, ita & glorioſiorum referant gloriam. — Tertio. Cum corpus hominis partibus elementaribus conſtet, que homine glorioſificato glorioſificentur per receptionem claritatis, & eadem eſſe debet diſpoſitio totius & partium; congruum erit, ut etiam ipſa elementa claritate glorioſificentur.

S. II.

Explicatio diſta, & obſeſiones ſolvuntur.

V. CUM dicit S. Thomas, unumquodque elementum eſſe claritate donandum, ſecundum modum, exponendum eſt modus iſte.

Quoad ignem ergo dico, eum, utpote materia rareſſima ſecundum ſua nature conditionem conſtare, ſive per additionem majoris lucis, ſive per talem diſpoſitionem, qua ſit majoris lucis ſuſceptivus, ſplendorem daturum: ſicut luminaria Cæli, nempe, ſicut Lunam, vel ſicut in aurora luminaria Cæli ruſtant.

Quoad aerem dico, quod aer omni ſiſtitudine ſublata erit puriſſimus, & conſequenter magis ſplendens, & clarus, non tamen (inquit S. Th. hic ad 2.) ſicut radius projiciens, ſed ſicut Diaphanum illuminatum, ita ut a Sole magis illuminetur: & ideo bene dicitur, quod lucebit ſicut Cælum: nam Cælum iſtud erit non eſt ex ſe lucis diſtinctum, ſed lucem a Sole, & aſtris ſuſcipit.

Quoad aquam dico, quod aqua tunc erit ſicut cryſtallus, non quidem in ſoliditate, denſitate, & duritie, nam ſemper erit liquida, fluida, ac permeabilis, aliter amitteret naturam aquæ, & cryſtalli naturam indueret: erit ergo cryſtallo ſimilis, quia in omnibus ſuis partibus lucida, tranſparenter, & luce permeabilis ſicut cryſtallus, quia omni face, ac mixtura extranei ſporis deſectata.

Terra vero remanebit quidem denſa, & opaca, quia hæc eſt ejus proprietas, ut a cæteris elementis diſtincta, nec a luce Solis, aut aſtrorum intrinſecus permeabitur, ſicut aqua, in ſuperficie tamen erit pellucida ſicut vitrum. Unde S. Th. citatus ad 2. Terra vero (inquit) quamvis ex natura ſua opacitatem habeat propter deſectum lucis, tamen ex divina virtute in ſua ſuperficie gloria claritatis veſtietur ſine pugnicidio denſitatis iſtius. Non improbabile tamen reputat, terram claritate etiam intrinſecus permeandam. Nam ibidem ad 3. ſupponere videtur, totam terram fore claritate donandam præter partem illam, que eſt locus inferni, vel quod Eriamſi tota terra ſit glorioſificata, nihilominus reprobi in tenebris exterioribus erunt: quia etiam ignis inferni, qui quantum ad aliquid ei lucet, quantum ad aliud ei lucere non poterit.

Terram quoque fore æqualem, & planam, ita ut nec montes, nec colles ſint permanſuri, ſentient non pauci. Itaque ſecundum iſtos terra redigetur ad figuram naturalem, quam habuit cum in principio creata ſuit, nempe, omnino ſphæricam, & rotundam, nam ut teſtig, Tom. 1. in 1. p. q. 3. de Opere ſex dierum. Dub. 4. S. I. Montes, valles, aliæque terre cavitates in varios hominum uſus fecit Deus die tertio creationis mundi, cum Gen. 1. v. 9. dixit: Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida. Quare poſt diem iudicii, cum terra amplius non deſerviat uſibus hominum, & animalium, terra erit abſque montibus, & vallibus, aliſque cavitatibus. Quod etiam indicatur in Apoc. cap. 6. v. 14. Cælum receſſit ſicut liber involutus, & omnis mons, & inſula de locis ſuis mota ſunt. Et c. 16. v. 20. Et omnis inſula fugit, & montes non ſunt inventi. Sive hoc contingat per terræmotus, qui præcedent iudicium, ſive per ignem ultime conflagrationis, quare poſt iudicium nulli remanebunt montes, ſed terra in primævam ſui figuram redigetur.

VI. Oppones, tamen contra ſuperius dicta, primo. Sicut claritas eſt calorum propria, ita & calidum, frigidum, & humidum, & ſiccum ſunt elementorum qualitates; ergo ſicut cæli

celi per claritatis, ita elementa per ſuam qualitatem augmentum ſunt innovanda.

Secundo. Multiplicatio claritatis in elementis multiplicat calorem. Si igitur in illa innovatione erit major claritas elementorum, quam nunc ſit, erit major caliditas, que illa a ſua naturali qualitate tranſmutabit, & tactum ledet potius, quam delectabit.

VII. Reſpondetur ad primum ex S. Th. dicto art. 4. ad 1. neg. conſ. Quia dicitur dicitur eſt, innovatio mundæ reſtatutur ad hoc, quod homo etiam ſenſu in corporibus quodammodo per manifeſta indicia divinitatem videt. Inter ſenſus autem noſtros ſpirituales eſt viſus, & ſubtilior: & ideo quantum ad qualitates viſivas, quarum principium eſt lux, oportet, omnia corpora inferiora maxime meliorari. Qualitates autem elementares pertinent ad tactum, qui eſt maxime materialis, & earum exceſſus contrarietatis magis eſt conſiderandus, quam delectatio.

Exceſſus autem lucis erit delectabilis, cum contrarietatem non habeat, niſi propter organa delectationem, que tunc non erit. Accedit quod qualitates propriæ elementorum, que ſunt activa, & paſſiva, non ſerviant niſi generationibus, & ſomentis, ac recreationi ſenſus tactus. Generationes autem tunc ceſſabunt. Senſus autem tactus non habebit uſum circa elementa, & ſi habere, eſſent ei potius moleſta. — Ad ſecundum. Reſpondeo cum S. Th. art. 4. citato ad 4. neg. conſ. Nam claritas illa erit in iſtis corporibus, ſicut eſt in corporibus celeſtibus, in quibus caliditas non cauſat, quia corpora iſta tunc inalterabilia erunt, ſicut ſunt modo celeſtia.

DUBIUM III.

An Plantæ, & Animalia in illa innovatione remaneant?

S. I.

Reſolutio Dubii.

I. Dico. Plantæ, Animalia, & cætera mixta in illa innovatione non manebunt. Ita S. Th. q. 91. Suppl. art. 5. Cuius rationibus probatur. Et quidem in arg. ſed contra, Nam ſi animalia, & plantæ deberent permanere, cum ſit eadem omnium ratio, deberent & illa, que corrupta ſunt reſurgere, quod eſt abſolutum: cum enim anima bruti dum moritur, abeat in alium, non poſſet animal illud reſurgere, niſi ejuſ anima crearetur. — Quod ſi dicitur, illa faltem permanſura, que tunc reſpiciuntur viva; nego ſuppoſitum. Nam igne conflagrationis omnia erunt combuſta, unde nullum animal tunc erit vivum. Deinde cum tunc calorum motus ceſſare debeat, proſurus illa interire, nec conſervari poſſent. Tandem ceſſante ſite, debet ceſſare id, quod eſt ad ſimilitudinem animalia, & plantæ factæ ſunt ad animalem vitam hominis ſuſtentandam; Gen. 9. Sicut enim dicitur dicit vobis omnem carnem; ergo ceſſante vita hominis animalia, debent ceſſare animalia, & plantæ. Cumque in illa innovatione animalium vitam homo non ſit amplius acturus, ideo nec plantæ, nec animalia remanere debent.

II. In corpora autem art. probat S. Th. hoc diſcuſſa: Cum innovatio mundi propter hominem ſit, oportet, quod innovatio homini conſervetur. Homo autem innovatus de ſua corruptione in incorruptionem tranſibit, & ſtatim perpetua quiete. Unde dicitur 1. ad Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et ideo mundus hoc modo innovabitur, ut abſeſta omni corruptione, perpetuo maneat in quiete. Unde ad illam innovationem nihil ordinari poterit, niſi quod habeat ordinem ad incorruptionem. Huiusmodi autem ſunt corpora celeſtia, elementa, & homines. Corpora enim celeſtia ſecundum ſui naturam incorruptibilia ſunt, & ſecundum eorum, & ſecundum partes. Elementa vero ſunt quidem corruptibilia ſecundum partes, ſed incorruptibilia ſecundum totum. Homines vero corruptur, & ſecundum totum, & ſecundum partes: ſed hoc eſt ex parte materia, non ex parte ſua, ſcilicet anima rationali, que poſt corruptionem hominis remanet incorrupta. Animalia vero, & plantæ, & mineralia, & omnia corpora mixta corruptur, & ſecundum totum, & ſecundum partes, & ex parte materia, que formam animalitatis, & ex parte formæ, que anima non manet: & ſi nullum habeat ordinem ad incorruptionem. Unde in illa innovatione non manebunt, ſed ſola ea, que dicta ſunt. Ita S. Thom. quibus nihil addo, quia clara ſunt.

III. Dices tamen primo: Elementis non debet aliquid ſubtrahi, quod ad ornatum eorum pertinet, ſed animalia, & plantæ pertinent ad ornatum elementorum: Immo ad ornatum, & perfectionem univerſi; ergo cum illa innovatione nihil imperſectum ſit remanſurum, credendum eſt, quod animalia, plantæ, mineralia remanebunt.

Secundo. Sicut elementa homini ſerviant, ita etiam animalia, plantæ, mineralia, & mixta: ſed elementa ob prædictum miniſterium glorioſificabuntur; ergo & animalia, plantæ, & corporalia, & mixta.

IV. Ad primum. Reſpondeo S. Th. dicto art. 5. ad 1. quod plantæ, & animalia, & mixta ſunt ad ornatum elementorum in ſtatu actiuo, & paſſivo. Sed ſi ſtatu in elementis non remanebit. Unde nec animalia, nec plantæ remanere oportet. Similiter ibi ad 3. dicit. Quod ſicut perfectio hominis alia eſt natura condita, alia nature glorioſificata: Ita etiam perfectio univerſi eſt duplex: una ſecundum ſtatum huiusmodi materialitatis: altera ſecundum ſtatum ſuæ nobilitatis. Plantæ autem, & animalia ſunt de perfectione ejus ſecundum ſtatum iſtum, non autem ſecundum ſtatum nobilitatis illius, cum ordinem

ad eam non habeant. Vide Sancti Thom. quæſt. de potentia art. 9.

V. Ad ſecundum. Reſpondet idem S. Th. ibid. m., ad 2. neg. conſ. Nam nec animalia, nec plantæ, nec aliqua alia corpora in miniſtrando homini aliquid merentur, cum liberata ab omni caritate: ſed pro tanto dicitur quodammodo remanere, quia homo hoc meretur, ut illa innoventur, que ad innovationem ordinem habeant. Plantæ autem, & animalia non habent ordinem ad innovationem incorruptionis, ut prædictum eſt: unde ex hoc homo non meretur, ut innoventur; quia nullus poſteſt alteri mereri, niſi id, cuius eſt capax, nec etiam ipſe ſibi ipſi. Unde etiam dicitur, quod animalia bruta merentur in miniſterio hominis, non tamen eſſent innovanda.

S. II.

An Mundus innovatus habeat habitatores?

VI. Quæſto hæc viam aperit opinio non paucorum, que etiam familiaris eſt apud vulgares perſonas, nimirum, mundum hunc innovatum poſt iudicium fore habitandum a pueris, qui ſine baptiſmo deſecerunt, & erunt, ſuper ſcælum terre ſpatiabuntur, & adſpectu Cæli, & claritate ejus fruentur. Alioquin ſupervacua tunc videntur elementa permanſura, niſi aliqua creatura, cum domicilio, mundo utatur. Hæc tamen opinio minus probabilem exiſtimavi, Tom. 1. in 1. p. q. 10. de effectibus peccati. Origin. Dub. 3. S. d. unde ibi dicta hæc ſunt revocanda. Verum qui inter cæteros Sicut in ſua Theologia de Novitiis, Tr. 4. de Libero puerorum, cap. 1. a n. 7. opinioni affirmativæ ſubiſcribit, plures Doctores pro ea referens; Aliqua hic addere exiſtimo in opinionis negativæ confirmationem, cui ut ſupra adhaſi, & adhuc adhaere. In illa tenenda adhuc me movent.

VII. Primo. Auctoritas S. Auguſtini, qui ut ibi dixi, duo tantum loca perpetua contra Pelagium admitit, & reſtitutionem tertium, qui tamen admittendus erit, ſi dicitur, hunc mundum fore poſt iudicium perpetuum ſedem puerorum, qui ſine baptiſmo deſecerunt. Unde, 1. de peccato origin. c. 21. improbandus Pelagii dictum: Sine baptiſmo parvuli morientes, quo non erant, ſcio, quo eam neſcio, alii, id eſt, n. in Regnum Cælorum, ſcio, quo vero erant, ideo ſe neſcire dicitur, aut illi, qui dicere non audebat, in mentem illor ſe perſuadum, ſed in locum medium. Et l. oper. impet. contra Julianum, c. 50. eum ſic arguit. Ergo nobis præter regnum boni, & ſupplicium mali, quem tertium locum præparavit, & promiſit non reſervatis innocentibus tuis? Ad hoc autem non provocat Julianum, ſi creditur, hunc tertium locum dari, & hunc finaliter fore mundum illum innovatum. Quod confirmat Gelafius 1. Epiſt. 3. his verbis: Nec auſus eſt aliquis dicere, parvulum ſine hoc Sacramento ſalvatum ad æternam vitam poſſe pervenire: Sine autem illa vita in perpetua ſervatur morte non dolum eſt.

VIII. Deinde innovatio mundi poſt iudicium in gratiam electorum ſit (ut omnes ſentent) nimirum, ut in illa claritate videntur manifèſta divinitatis indicia, & ſenſus villos eorum etiam in hac parte fruatur, ac delectetur, & eorum horum do augeatur. Non ergo hæc innovatio claritatis erit præparata, ut ſit perpetua habitatio puerorum perpetuæ damnationi aſſiditorum, ac proinde incapaces cuiuſcumque beatitudinis ac ætatorum, que Deus electis amicis ſuis præparavit. Unde multo minus alienior illis, qui volunt læte pueros ſcienti naturali inſula donandos. Quo enim fundamento aſſeri poteſt, Deum tali gratia ornatum, quos tamquam reos voluit exulare in perpetuum a regno ſuo?

IX. Accedit, quod cum etiam in ſententiis adverſariorum, ut dictum eſt, terra futura ſit ſine montibus, & collibus in omni ſua parte, ac proinde aquis cooperta, ut ab initio ſit, quomodo in ea habitare poſſint corpora puerorum gravia, & omni dote agilitatis carentia, niſi dicitur ſicut pices perpetuo natantes? — Neque valet dicere, quod terra manebit ſicut modo multis in locis habitatio puerorum idonea. Nam quomodo hoc fiet, ſi ut ipſi fatentur, non erunt amplius montes, ſed terra in ſua parte plana, & aquis circumdata? An Deus faciet ſtræ aquas legenti ac perpetuo miraculo, ut olim fecit ſtræ aquas legenti, ut tranſiit præberent populo Iſraelitico? Aquæ ergo poſt iudicium non erit terminus, ſed undequaque ſupra terram circumvolventur de cæte Job cap. 26. v. 10. Terminum circumdabit aqua, donec ſalvatus ſit, & crebra.

X. Neque movere debet, ac ſcrupulum facere, quomodo tot milliones corporum puerorum in loco limbo concludi perpetuo poſſint. Nam quicquid majoris ſit vaſtata illius loci? Præterea multo erit numerus corporum damnatorum, que tamen omnia in carcere inferni perpetuo reſta manebunt.

XI. Neque ſcrupulum facere poteſt, quod pueri illi in perpetuis tenebris ſint futuri. — Nam primo hoc ſcrupulo non tenetur S. Auguſtinus, qui l. 1. de pecc. meritis, cap. 27. dicit: Ab hac ergo ſalute, & lumine alieni ſunt parvuli, & in perditione, ac tenebris remanebunt, niſi per adoptionem populo Dei fuerint ſociati. — Deinde cum non ſit improbabile, ut ſupra dixi ex S. Th. art. 4. ad 3. q. 91. Suppl. totam terram fore in viſceribus etiam glorioſificatam per claritatem, poterit etiam lux penetrare, & locum limbi aliquoties illuminare. Hoc probabilius reputo, quia ex Scriptura, & Patribus nihil colligo, quod me moveat ad afferendum contrarium. Quid autem futurum ſit, Deus tunc manifeſtabit.

QUESTIO VI.

De Statu Beatorum post Judicium.

Plura de hoc disputanda occurrerent. Nimirum de essentia beatitudinis, de eius objecto, de deoibus corporum Beatorum, & aliis. Sed quia de his actum est, Tom. I. in 1. p. Tract. de Visione Dei, & in 1. 2. Tractatu de beatitudine, ideo ad ibi dicta Ledorem remitto, aliqua pro complemento adjungens.

DUBIUM I.

An Locus Beatorum sit Caelum Empyreum?

S. I.

Varia Errenae Opiniones.

Americus natione Gallus saeculo 13. inuente, inter alias hereses, hanc spargere cepit, nullum esse determinatum locum, in quo, vel beati felicitate fruuntur, vel damnati, & impii poenis cruciantur. Sed eos qui in se Dei cognitionem habent, habere quoque in se praesidium: eos vero, qui lethali peccato infecti sunt, in se habere infernum, tamquam dentem putridum in ore. Ita ex Ptoleolo verbo Aristoteli.

II. Gentiles Philosophi, & Poetae locum corporum beatis post hanc vitam designabant; sed hunc terrestrem, non caelestem. Egebant enim quosdam campos, quos Elysias vocabant, in quibus cum omni deliciarum affluentia homines post mortem beatam vitam ducerent. Et haec erat communis eorum opinio. Unde Terullianus in Apologeto, cap. 47. ait, Elysii campi sicut occupaverunt. Hos Virgilius, lib. 6. Aeneidos apud inferos collocabat. Homerus vero in ea extrema Hispania regione, ubi Zephyri continuus spirant. Quam tamen exillimabant, homines ad Elysios semel deductos ad mortalem vitam iterum reverti, quos arguit S. Augustinus, l. 10. de Civ. Dei c. 30. Nam vita beata non est quae potest adhuc esse misera: Non enim (inquit) beata erit, nisi secunda. Ut autem secunda sit, falso putabit tempore se beatam fore, quando aliquando erit & misera.

III. Mahometans vero in suo Alcorano fingit suos factiores post hanc vitam transferendos esse in paradisum quemdam, ubi omni voluptate laeti, ac beati vivant; voluptates vero, ut homines animales, & carnales facilius alliciat, carnales futuuras esse dicit, nimirum, pulcherrimas mulieres, fructus futurissimos, aquas limpidissimas, lectos serenos, vestes pretiosissimas, aliaque ad sensum oblectamenta conducentia. Hunc tamen paradisum velut indignum creatura rationali, vel Mahometanorum aliqui agnoverunt: Iner quoque Averroes, quoniam facta Mahometanus ingenue fatetur, melius de beatitudine sensisse Aristotelem, qui hominis felicitatem posuit in excellentissima operatione, nempe, in contemplatione Dei. Unde de paradiso Mahometis loquens Guillelmus Parisiensis, lib. de legibus, cap. 19. Quod est (inquit) paradisus iste, nisi raboria indeffensa ingurgitationis, & perpetua turpitudinis prostitulium? Manifestum est: quod paradisus iste, nisi volubrum porcorum, & quod voliteratio ipsius, pecuniam est, non hominum.

IV. Constant tamen, & certa Christianorum sententia est, locum, in quo beati perpetua felicitate fruuntur, fore caelestem. Ita enim promissit Christus, Matth. 5. v. 12. Merces vestra copiosa est in Caelis, Matth. 23. v. 20. Theaurizate vobis thesaurum in Caelo, & passim eum vocat Regnum Caelorum, ut sciamus eum esse Regnum Caeselle, non terrenum, in Caelis fundatum, non in terris. Sed cum plures distinguantur Caeli, ideo dubitatum apud aliquos fuit, quodnam ex istis futurum sit beatorum locus, & sedes, an Caelum ethereum, an aerium, an lunarem globum, an vero supremum Caelum dictum Empyreum.

S. II.

Resolvitur Dubium.

V. Dico. Locus proprius Beatorum est supremum Caelum, quod vocatur Empyreum a voce graeca ἔγρη id est ignis: Unde Caelum Empyreum idem est, ac Caelum ignitum non ab ardore, sed a summo splendore. Hujus Caeli existentia, ut dicit S. Th. 1. 2. q. 66. art. 3. antiquis videtur fuisse ignota, & per auctoritatem Basilii, Boetii, & Scabonis solum indicta, qui in hoc quod sit locus Beatorum conveniunt, in modo tamen eum ponendi, & explicandi differunt. Immo Augustinus, l. 10. de Civ. Dei cap. 9. & 27. licet Caelum Empyreum, admiserit, non tamen admisit, quale modo admittitur, maxime quod sit prorsus immobile.

VI. Caelum Empyreum sibi ab initio mundi a Deo creatum probat S. Thom. loco citato ex conditione gloriae, sic: Expectatur enim in futura remuneratione duplex gloria, scilicet spiritualis, & corporalis, non solum in corporibus humanis glorificandis, sed etiam in toto mundo innovando. Inchoata est autem spiritualis gloria ab ipso mundi principio in beatitudine Angelorum, quorum aequalitas sanctis promittitur. Unde conveniens fuit, ne etiam a principio corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore, quod etiam a principio fuerit absque servitute corruptibilitatis, & mutabilitatis, ut scilicet lucidum: sicut etiam

corpora corporalis expectatur per resurrectionem futuram. Et ideo illud Caelum dicitur Empyreum, id est, ignitum non ab ardore, sed a splendore.

VII. Hoc autem Caelum esse corporeum ostendit idem S. Th. in 2. dist. 2. q. 1. art. 1. his verbis: Caelum Empyreum ratione investigari non potest, quia quidquid de Caelis & profundis, hoc est, aut per ipsum, aut per motum: Caelum autem Empyreum nec motui subiacet, nec visui, ut in littera dicitur, sed per auctoritatem est habitum, & est corpus, quod principaliter ordinatum est, ut sit habitatio Beatorum, & hoc magis proprie homines, quorum etiam corpora glorificabuntur, quibus locus debetur, quam propter Angelos, qui loco non indigent. Et quia illa gloria excedit investigationem humanam, ideo etiam, & Caelum Empyreum.

VIII. Caelum Empyreum videtur indicatum in Scripturis, Ps. 148. v. 4. sub nomine Caeli Caelorum, quod exprimitur Caelum supremum, & excellentissimum, sicut cum dicitur Canticum Canticorum, Rex Regum &c. Similiter cum Petrus ad Eph. 4. v. 10. de Christo dicit. Qui ascendit super omnes Caelos, & ad Hebr. 7. v. 26. Excelsior Caelis factus significatur, Christum ascendit ad Caelum alius Caelis excelsus. Recte etiam dicit potest, quod illud terram Caelum, ad quod rapus fuit Paulus, sit Empyreum: Ita ut primum Caelum sit aerium (nam aves, quae per aerem volitant saepe in Scripturis vocantur Caeli dicuntur); secundum sphaeram unelicm orbibus constans, & tertium Empyreum. Hinc S. Th. 2. 2. q. 175. art. 3. ad 4. ait: Tertium Caelum dicitur Caelum Empyreum, quod dicitur tertium respectu Caeli aerei, & Caeli sphaerici, vel per se respectu Caeli sphaerici, & respectu Caeli aerei sphaerici. Hinc licet in Scripturis non legatur haec vox Caelum Empyreum legitur tamen res significata per illam.

IX. Quia vero diximus, non ab ardore, sed a splendore oportere dicere eum, quod sit maxime lucidum. Quod probat S. Th. in 2. dist. 2. q. 1. art. 2. Quia cum omnes res determinentur a fine, oportet determinari Caeli Empyreum accipere secundum quod convenit statui beatorum, propter quos factum est, & quia illi sunt in plena participatione aeternae laetitiae, & quietis; & accipiuntur, sicut dicitur Caelum Empyreum, esse lucidum, immobile, & incorruptibile.

X. Sed hic occurrit difficultas. Nam si Caelum Empyreum esse lucidum, immo lucidissimum. Res: primo illud debuisse illuminare abyssum in mundi creatione, contra illud Gen. 1. v. 2. Et tenebrae erant super faciem abyssi. Secundo, si Caelum Empyreum esse maxime lucidum, deberet videri a nobis, sicut videmus Solem, Lunam &c. quod tamen est contra experientiam.

XI. Huic difficultati varie respondetur. S. Th. 1. 2. q. 66. art. 3. ad 4. dicit lucem Empyreum ideo hanc inferiora non illuminare, nec a nobis videri: Quia habet lucem Caelum Empyreum non condensatam, ut radios emittat, sicut corpus solis, sed magis subtilis, vel habet claritatem aeri, quoniam est conformis cum claritate naturali. Alii tamen facilius respondent, quod cum Caelum Empyreum non sit factum propter haec inferiora, sed ut unice sit sedes Beatorum; ideo sicque interior tabernaculi fuit, quae erat Sarcina Sanctorum vel quodammodo videbatur, & occultabatur, ut a populo videri posset: Ita Empyreum ea superficie, qua respicit firmamentum, quodam quasi cortina tegi, & occultari, ne ab hominibus mortalibus videri possit, & haec ratione neque a Caelo Empyreum illuminata fuit abyssus in principio mundi.

S. III.

An Caelum Empyreum moveatur, & influat.

XII. Caelum Empyreum esse immobile, & perpetua quiete manere, consentiunt omnes. Tum quia specialiter dicitur sedes Dei: Pl. 10. v. 3. Dominus in Caelo sedes ejus. Et Act. 7. v. 49. Caelum ubi sedes est, terra autem habitatum pedum nostrorum. Sedes autem Dei, qui totius mutabilitatis expertus est, debet esse immobilis. Tum quia sedes est Beatorum, qui in statu perpetuae quietis mansuri sunt. Praeterea Deus creavit Caelum Empyreum, ut esset Beatorum domus, & Civitas Civitatum autem, & domus congruit non moveri, sed stare fixas. Unde, Apoc. 21. v. 16. dicitur: Civitas in quadam positae: corpus autem quadratum sicut manus. Rursus si moveretur Empyreum, vel deberet quoque ad ejus motum moveri, & circumferri Beati, vel deberet immoti ad instar avium in aere pendentes manere: neutrum autem congruit. Adde quod in tantum Caelum modo movetur, quia hoc congruit hominum in hac mortali vita degentium conservationi: carerem hominibus jam glorificatis & motus Caelorum prorsus cessabit, ut diximus. Sed Caelum Empyreum ad hoc praefectum factum est, ut sit hominibus jam glorificatis habitatio; ergo non moveatur. Bene igitur concludit Caussin, l. 4. de Domo Dei, cap. 3. Nihil enim opus habet domus immortalium mutare situm, neque propter se, quae inconcusso tenere stat; neque propter reliqua mundi orbem, cum quibus nihil habet commune. Denique si haec Civitas non egeret Sole, neque Luna, quomodo aliquid daret? Et si terra ad quietem condita est, quis credat volucerrima omnium rapiditate per aeternitatem currere?

XIII. Neque dicitur, quod cum Caelum Empyreum, & primum mobile sint contigua penes superiorem convexam illius, & convexam istius, primum mobile movebitur, & fero motu secum rapit Empyreum, sicut & alios Caelos inferiores, sicut rota, quae in gyrum acta non solum movet corpora inferiora, sed & superiora. Nam neganda est sequela. Dato quippe

quippe de imo mobili, suo quamvis velocissimo motu nec rapide inferiores orbem, nec Caelum Empyreum superius. Quia tunc solum unum corpus suo motu rapit aliud sibi contiguum, quando supra illud gravitat, vel conatur a loco exurbare, ut patet in exemplo rotae. Cum ergo nec Empyreum gravitet supra primum mobile, nec suo pondere deorsum feratur ad occupandum locum illius; nec mobile primum levitet, nec levitate sua sursum feratur ad occupandum locum Empyreum, non est ratio, ut primum mobile quantumvis contiguum Empyreum, valeat illud fero motu rapere, aut circumducere.

XIX. An vero Caelum Empyreum sua activitate aliquid influat in haec inferiora, & subalternaria hujus mundi corpora, dubium est. Et ipse S. Th. in hoc conceptu initio fuit. Nam in 2. dist. 2. q. 1. art. 3. aperte negativam partem tenet. Quia inquit nullum corpus habere potest influentiam in aliud, nisi per motum naturaliter loquendo, Caelum autem Empyreum, ut diximus, est prorsus immobile. Eandem opinionem indicat, 1. part. q. 66. art. 3. ad 3. quoniam oppositam affirmativam reputet probabiliorum, ait enim: Ad secundum dicendum, quod satis probabile est, quod Caelum Empyreum secundum quosdam, cum sit ordinatum ad statum gloriae, non habet influentiam in inferiora corpora, quae sunt ab alio ordine, ut pote ordinata ad naturalem rerum decursum. Probabilis tamen videtur dicendum, quod sicut supra diximus, qui assistunt, habent influentiam super medios, & ultimos, qui mixtatur, quoniam ipsi non mittuntur secundum Dionysium (capit. 8. Caest. Hierat.) Ita Caelum Empyreum habet influentiam super corpora, quae moventur, quoniam ipsum non moventur. Et propter hoc potest dici, quod influat in primum Caelum quod moventur, non aliquid transiens, & adveniens per motum, sed aliquid fixum, & stabile, puta, virtutem continentem, & causandi, vel aliquid hujusmodi ad dignitatem pertinentem.

XV. Et huc opinioni se tandem adhaesisse ostendit quod 6. art. 19. ubi hanc questionem agitant: Quia inquit (inquit) ponunt Caelum Empyreum non habere influentiam in reliqua corpora, quia non est institutum ad effectum naturales, sed ad hoc quod sit locus Beatorum. Et hoc quidem mihi aliquando visum est: sed ad hanc considerationem magis vide ut dicendum, quod influat in corpora inferiorum. Et rationem dat: Quia eorum universum est unum unitate ordinis, ut patet per Philosophum 12. Metaph. (cap. 52.) Hae autem unitate ordinis attenditur, secundum quod quodam ordine reguntur corporalia per spiritum sanctum, & inferiora corpora per superiora, ut Augustinus dicit in 3. de Trinitate. Unde si Caelum Empyreum non influat in corpora inferiora, Caelum Empyreum non continetur sub unitate universi, quod est incongruum. Videtur autem prolixius effectus ejus esse peremptorius, & peremptus in inferioribus corporibus.

Hanc ergo opinionem, quae afferit Caelum Empyreum influere in haec inferiora soliditate, ac permanentiam, sine motu tamen, & praecipue in Caelos inferiores, propter rationes a S. Thoma altatas eam veritatem amplector. Plura alia de Caelo Empyreum disputant aliqui, a quibus abstineo, quia nihil certi statui potest ab homine in terris degente.

DUBIUM II.

De modo, quo Beati se habeant erga Damnatos.

S. I.

An videant eorum poenas.

I. Affirmative respondet S. Th. q. 94. Supplement. art. 1. Quia a Beatis nihil subtrahit debet, quod ad perfectionem beatitudinis eorum pertinet. Unumquodque autem ex comparatione contrarii magis cognoscitur: quia contraria iuxta se posita magis elucescunt. Et ideo ut beatitudo Sanctorum ei magis complacere, & de a uberiori gratia Deo agant, datur eis, ut poenas impiorum perfecte videant.

Hoc idem docent Patres in illa verba Isaiae 66. v. 24. Et egredietur, & videbunt cadaverum vitrorum, qui praevaricati sunt in me. Ubi Hieronymus ait: Egredietur autem non loci, sed intelligentia. S. Augustinus, l. 20. de Civ. Dei, cap. 22. Sed quomodo (inquit) egredietur boni ad videnda poenas malorum? Nam quid corporis motu beatus illar videtur? Sicut sedes, & ad loca poenalia pertrahitur, ut malorum tormentum conspiciant praesentia corporali? Absit. Sed egredietur per scientiam. Hoc enim verbo significatum est, eis, qui cruciantur, extra futuris. Propter quod & Dominus ea loca conebat exteriori vocat... ne illuc mali potuerit ingredi, ne sciantur, sed ad illos potius velut egressi sententia, qui illos cognoverunt sunt boni; quia id, quod extra est, cognoverunt sunt.

II. S. Gregorius autem, Hom. 40. in Evang. postquam dixit nec beatos transferre posse ad damnatos, nec damnatos ad beatos subiungit: Iusti vero in tormentis semper intuentur injustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt, quod misericorditer evaserunt: sanctorum majores creatori suae gratias referant, quando vident in aliis, quod ipsi perpeti, si essent relictii, poenurum. Nec illam tantum beatitudinis claritatem apud justorum animam suscit speciem poenae, quoniam ubi iam compassio misera non erit, minime procul abis beatorum libertatem non valdebit. Quid autem mirum, si dum iusti injustorum tormentum conspiciunt, hoc eis veniat in obsequium gaudiorum, quando & in pietura niger color subvertitur, ut albus, vel rubens clarus videatur? Et hoc est quod supra dicebat S. Th. quod unumquodque ex comparatione contrarii magis cognoscitur.

III. Ex hoc igitur Gregorii discursu colligitur, quod ex visione poenarum, quae damnati patiuntur, beatorum gloria non officabitur, nec beatitudo minuetur, immo gaudium augebitur, & Deo majores gratias referent, quod tanta mala misericorditer evaserint, cum ex comparatione nihil crescit visio boni, sicut ex comparatione nihil deficit visio mali.

Nexus dicitur, quod sicut pulchritudo visibilis perficit visum; ita visibilis turpitudine imperfecti visum: in Beatis autem nulla imperfectio esse potest. Nam respondet S. Th. citato art. 1. ad 2. Quomodo pulchritudo visibilis ad perfectionem faciat visum, visibilis tamen turpitudine sine visum perfectionem esse potest. Species enim rerum in anima, per quas contraria cognoscuntur, non sunt contraria. Unde primum dicit, qui perfectissimam cognitionem habet, omnia pulchra, & turpia videt.

IV. An vero Beati post resurrectionem videant poterint poenas damnatorum, etiam oculo corporali, probabilis est sententia affirmativa. Cui faver, quod propter acumen visus, & propter auctam corporibus tum caelestibus, tum elementaribus claritatem beati videre poterunt a remotis. Ut enim docet S. Thom. quod 82. Supplement. art. 4. ad 6. Quare sensus est perfectior, tanto ex minori immutatione facta potest objectum suum percipere. Quante autem sub minori angulo visus a visibili immutatur, tanto minor immutatio est. Inde est, quod visus fortior magis a remotis aliquid videre potest, quam visus debilior, quia quanto a remotiori videtur, sub minori angulo videtur. Et quia visus corporis gloriosius erit perfectissimus, et par visum immutatione poterit videre, unde sub angulo multo minori, videre poterit, quam modo potest, & per consequens multo magis a remotis.

Exillimo tamen, quod Beati videre poterunt etiam oculo corporali poenas damnatorum in inferno existentium, supposita opinione, quam probabilis admittit S. Th. q. 91. Supplement. art. 4. ad 3. nempe, quod in mundi innovatione glorificanda sit terra per claritatem etiam usque ad locum inferni. Verum supposita alia opinione, quae forte probabilior est, terrae claritatem ad locum inferni non esse extendendam, non video, quomodo oculus corporalis etiam beatorum possit corpora damnatorum, eorumque poenas intueri hoc impediende opacitate terrae.

S. II.

An compatiantur Damnatorum poenis.

V. Respondet S. Th. q. 94. Supplement. art. 2. negative. Quia compassio, quae sola in beatis esse potest, nascitur ex eo quod aliquis vult malum alterius repelli, unde in illis, quae secundum rationem repelli non volumus, compassio non habemus; sed beati non possunt secundum rationem velle translationem damnatorum, & liberationem a poenis, & statum miseriam, cum sciant, eos a divina iustitia esse aeterniter poenis, ac misericordiam addidit; alias aliquid vellent contra ordinem divinae iustitiae, ac proinde non secundum electionem ream; ergo &c.

Quia autem peccatores, quomodo sunt in hoc mundo, in tali statu sunt, quod sine praedicatione divinae iustitiae possunt in beatitudinem transferri de statu miseriam, & peccati; ideo compassio ad eos secundum electionem ream locum habet. Et hoc modo Deus, Angeli, & Beati eis compati dicuntur eorum salutem volendo. Si tamen compassio sumatur, ut dicit dolorem, vel tristitiam de malo alterius, quod pacto compassio proprie dicitur, haec neque circa peccatores qui in mundo sunt adest in Deo, aut Beatis, quia ex peccatis, quae hic committuntur, nullum dolorem, aut tristitiam sentiunt, aut aliquod proprie felicitatis detrimentum, ut male sentit Origenes, l. 7. in Levitic. Unde Deo, Beatis, & etiam Christo in Caelo regnant nonnulli impropria compassio erga nos attribuitur: Deus ergo dicitur esse misericors (inquit S. Thomas citatus ad 2.) in quantum subvenit illis, quos secundum ordinem suum peccatis, & iustitiam sua condonavit a miseria liberari.

VI. Beatos non compati damnatorum poenis eadem ratione offendit S. Gregorius, Hom. 40. in Evang. nimirum: Quia justorum anima quomodo in sua natura bonitate misericordiam habent, jam tunc auctoris sui iustitia conjuncta tanta relictudine confringuntur, ut nulla ad reproborum compassionem moveantur. Ipsi quippe iudici concordant, qui inhereant, & eis quae eripere non possunt, nec ex misericordia commiserant, quatenus ab eo quem diligunt, auctore suo, conspiciant esse repulsi.

VII. Sed dices, Compassio ex charitate procedit: Sed in Beatis est perfectissima charitas; ergo maxime miseris damnatorum compatiantur. Respondet S. Th. ibid. ad 1. Quod charitas tunc est compassionis principium, quando possumus ex charitate velle remotionem miseriae alicuius; sed Sancti ex charitate hoc velle non possunt de damnatis, cum divina iustitia repugnet.

VIII. Quares, an Beati gaudeant de poenis Damnatorum. Respondet S. Th. citata, q. 94. art. 3. Non quidem per se, quatenus poenae illae sunt afflictivae, & malum damnatorum; sed per accidens, & ratione alicuius adjuncti, considerandum scilicet in eis divina iustitia ordinem, & suam liberationem; de qua gaudent. Et sic divina iustitia, & sua deliberatio erunt per se causa gaudii Beatorum, sed poena damnatorum, per accidens.

IX. In hoc sensu lis, quia a poena peccati originalis sunt liberati (in 2. 57.) Augustinus ait: Aeneasit ergo istam poenam, & gaudere vos non esse in hac poena omnes qui proficisci, & amant veritatem... Omnes sales, qui estis, videte poenas

eorum qui tales non sunt, & gaudere... Ergo istam poenam quando videtur, gaudere, quia in illa non est. Propterea dicit Scriptura, Latabitur iustus cum viderit vindictam.

Quapropter, ut dicit S. Th. hoc art. 3. ad 1. tale gaudium non pertinet ad odium. N. m. laetari quidem de malo alterius, in quantum huiusmodi, pertinet ad odium, non autem laetari de malo alterius ratione alicuius adiuncti. Sic autem aliquis de malo proprio quandoque laetatur: sicut cum quis gaudet de propriis afflictionibus, secundum quod profertur ei ad meritum vite: Jacobi 1. Omne gaudium exultatione fratres, cum in tentatione varias incidieritis.

Et hoc modo ut supra ex Augustino dicebamus, potest etiam homo viator laetari de malo, & poena alterius, vel quia ipse non habet, vel propter bonum quod ex tali poena consequitur. Adverte tamen S. Thom. citato loco ad 3. Quod alia ratio est de viatore, & de comprehensore. Quia in viatore passiones frequenter insurgunt sine iudicio rationis: & tamen tales passiones interdum sunt laudabiles, secundum quod bonam dispositionem mentis indicant, sicut patet necessitate, & misericordia, & reverentia de malo, sed in comprehensore non potest esse. Sic iudicium rationis consequens.

Tractat S. Thom. q. 95. Suppl. de Divinis Beatitudinibus, & q. 96. de Aeternitate. Sed quia de his egimus, Tom. 1. in 1. 2. Q. 1. de Beatitudine, Dub. 9. & 10. ideo illic studiosius remitto.

QUESTIO VII.

De Loco, & Statu Damnatorum.

Statu summe felicitatis ad statum summe miserie qualis erit status Damnatorum gradum facimus: hic ante oculos ponemus primo horrorem Locis, deinde poenarum acerbitatem, ut quisque eorum formidine percussus, sic vitam suam instituat, ut miserante Deo ea finaliter evadat. Non agemus de aeternitate poenarum inferni, cum de hac admodum sit, Tom. 1. in 1. p. Tractat de Angelis q. 9. de poena peccati Angelorum, Dub. 5. Nichilominus aliqua secundum quod ibi promissimus etiam de hoc subiciemus.

DUBIA I.

An sit Infernus, ubi sit, & quando conditus.

S. I.

Erroris circa existentiam Inferni.

Infernum esse merum commentum excogitatum ad deterrendo a facinorosis homines flagitiosos, censuerunt aliqui Gentiles, ut meminit Cicero, lib. 2. de natura Deorum, cui subscribit Seneca, Traged. 6. mero 3. Plinius, lib. 2. Hist. 65. Quem errorem mundo plane eorum fecit Paraphraustes Chaldeus Hierosolymitanus, ad cap. 4. Gen. 2. ubi inducit Cainum invidia in fratrem suum Abel accensum, ita loquentem: Non est iudicium, nec poena pro impiis, nec Dei misericordia creatus est mundus, neque est misericors mundus gubernator, eo quod propterea sit oblatio tua cum beneficio. In hunc errorem iverunt Aethi, Liberti, & Albigenes, qui putantes animas cum corpore simul interire, nec unquam redire, irridere, necdem purgatorium, sed infernum esse post hanc vitam.

Selencius, & Hermiani anno 380. Valentis Imperatoris, & Damasii Rom. Pont. temporibus asserabant, mundum istum infernum esse, & nullum aliud superesse. De his locutum fuisse censo S. Augustinum, l. 12. de Genes. ad lit. c. 32. cum ait: Nec audendi sunt, qui asserant, inferos in hac vita explicari, nec esse post mortem. Videtur enim quemadmodum poetica significatione interpretantur, nec ab auctoritate divinarum Scripturarum, quibus solis de hac re fides habenda est, recedere non debemus. Quamquam possimus offendere, illorum quoque sapientia de inferorum substantia minime dubitasse, qua post hanc vitam excipit animas mortuorum. Hunc errorem ex recentioribus Haereticis excitavit Almaricus, qui posuit unumquemque habere in se, vel paradisi si habeat cognitionem Dei, vel infernum si habeat conscientiam peccati lethalis. Idem sensit Hermannus Ruffich Batavus, qui nullum post hanc vitam esse infernum dicebat, ac proinde nostros irridebat, qui illum esse exultant, sed iste damnatus, ac vivus exultus. Inferni primitias in recessu ab hac vita expertus est, & in infernum aeternum transiit.

S. II.

Catholica Veritas.

De loco. Catholica fides est, dari infernum, in quo impii post hanc vitam acerbitissimis suppliciis puniuntur. Hoc enim utriusque Testamenti Scriptura docet. Veteris quidem, Num. 16. vers. 33. de Dathan, & Abiron dicitur: Descenderunt vivos in infernum. Job 21. v. 13. Ducunt in bonis dies suos, & in punctis ad inferna descendunt. Psalm. 48. v. 15. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascit eos. Psalm. 93. v. 17. Nisi quia Dominus adjovet me, paulominus habitasset in inferno anima mea. — Novi autem federis clariora sunt testimonia, Matth. 25. v. 41. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ejus. Luc. 16.

v. 22. Mortuus est dives, & sepultus est in inferno. Matth. 18. v. 9. Bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habere mitem in gehennam igni. 2. Petri 2. v. 4. Si enim Deus Angelis peccantibus non peperit, sed videntibus inferni detrahit in tartarum tradidit cruciandos etc. Et Ep. Judei vers. 6. Angelis vero qui non servaverunt suam Primitiam, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magis dei vinculis aeternis sub caligine servaverunt. Quod de Angelis peccantibus dicitur, iustitia exigit, ut de hominibus in peccato mortuorum etiam dicatur.

III. Hanc veritatem vel ipsi Gentilium sapientes confessi sunt: Unde S. August. supra citatus, lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 33. Nos (inquit) ab auctoritate divinarum Scripturarum, quibus solis de hac re fides habenda est, recedere non debemus. Quamquam possimus offendere, illorum quoque sapientia de inferorum substantia minime dubitasse, qua post hanc vitam excipit animas mortuorum. Forte enim hoc a Moysse, vel aliis de populo Judaico accepterunt, quoniam aliquibus fabula veritatem de more involverit. Pythagoras enim censuit, centrum mundi de esse locum inferorum, ibique esse carcerem Jovis, quo animae suorum scelum poenas lantur. Plato in Phaedone, & alibi docuit, esse subus terram tartarum ad animas puniendas, ibique ponebat quatuor flumina Acherontem, Phlegontem, Stygium, Coecytum, ad quae animae deferantur, ibique secundum criminum diversitatem, & gravitatem varie puniuntur. Ita fabulantur etiam veteres Poetae Virgilius, Homerus, Statius, Claudianus.

IV. Pro eadem veritate fiat congruentia. Nam ad sapientissimum Dei providentiam, rectissimumque iustitiam pertinet, non solum praemia fluere pro meritis, sed & poenas pro demeritis: Ergo fecit preparavit Caelum Empyreum, ut ibi iusti post hanc vitam praemium recipiant: ita preparavit infernum, ut impii suorum scelum poenas lantur. Ita Guillelmus Parisiensis p. 1. de Universo, c. 55. Nulla (inquit) est Civitas orationis, cui bonus Rex praesidet, & bonus magistratus regatur, qua non habeat locum exercenda iustitia. Cum igitur certum sit, & omnium Philosophorum consensio firmatum, Universum, seu mundum Civitatem esse Dei Altissimi, in quo Civis sunt homines, & Angeli, hoc est, omnes, & universae substantiae spirituales abstractae (exceptis haereticis malis, qui secundum suam malitiam suam, etiam locum, quem nunc habent, & quem habituri sunt, iuxta fidem, & doctrinam Christianam, & Civis, sed exiliis repandis sunt) Quare necesse est, hanc Civitatem, qua Deo altissimo Rege ac Rege regitur, & magistratum ab eo instituta, locum habere universalem, & appropriatam exercenda divinae iustitiae. Et S. Gregor. l. 4. Dial. c. 28. ait: Si esse Sanctorum animas in Caelo sacri eloquii satisfactione creditur, oportet, ut per omnia esse credas, & impiorum animas in inferno: quia ex retributione aeterna iustitia, ex qua iusti iam gloriantur, necesse est, per omnia, ut iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudine laetificat, ita credi necesse est, quod a die exitus sui ignis reprobus exurat. Sed haec veritas nimis aperta est: unde superfluum est in ea statuenda amplius immorari.

S. III.

Ubi sit Infernus.

Inferni nomine non designat locum aliquem, sed impium habere infernum in se sensit Almaricus, de quo supra. Esse nomen confusivum, vel perditionis videtur sentire Calvinus. Et expressius Thomas Hobbes de Civitate Christiana, cap. 38. dicens: Manifestum ergo videtur, locum reproborum non esse certum aliquem locum, in quo torquerentur impii, sed nomen cuiuscumque perditionis appellativum. Sed quidquid hi Sectarii autem, inferni nomine, sicut & Empyreum locum designant omnes Catholici sentiunt. In eo tamen determinando discordes olim fuerunt.

VI. Quidam enim inferni carcerem situm esse extra mundum exultant. Ita Chrysol. Homil. 31. in Ep. ad Rom. ubi de gehenna ait: Sed quoniam in loco, inquit, erit 3. Extra mundum hunc totum, ut ego puto. Quemadmodum enim regum carceres, & meralia praesidiis facta sunt, ita extra mundum hunc erit gehenna. Qui tamen si solum velit gehennam esse extra mundum istum, quem habitamus, verum dicat. At si velit, eam esse extra totum mundum a Deo conditam, insulsi non potest. Tum quia extra totum mundi sphaeram loca corpora non sunt, sed pura spatia imaginaria, inferni autem locus corporeus est. Tum quia Angeli, & homines partes huius mundi sunt, ergo congruum est, ut sicut boni infra hunc mundum locum habent, in quo recipiant praemium: ita mali infra mundum locum habeant, in quo poenas lantur.

VII. Alii tenent, infernum esse in nostra superficie terrae: fingunt enim sibi quandam regionem per modum magne insulae intemperatissimam, molestissimam, horribilissimam, & deformissimam, quae dicitur infernus, cui imaginationi consonare videtur id quod de extremis septemtrionis partibus, puta Norvegia dicitur aliqui, nempe ibi audiri multa demonia, & clamores, & tumultus ab inhabitantibus insulas vicinas. Sed hoc r-sellit ipsum inferni nomen, quod secundum Scripturam, & Patres designat locum infernum sub terra, vel intra terram situm.

VIII. Alii propterea dicunt, infernum esse quidem subus terram, non tamen in centro, sed prope superficiem terrae, quam habitamus, quibus favore videtur, quod ex aliquibus terrae montibus, ut Aethna, ac Vesuvio, & aliis, ignis sulphureus frequenter erumpat. Sed velignis ille non est, ignis, vel si esset,

si esset, posset etiam e centro terrae profillire. Addo; quod si hoc esset, deberet ex omnibus montibus, ac subterraneis, profundissime specibus ignis erumpere, quod tamen est falsum. Fateor tamen in hac opinione alii tamen rationibus propendisse S. Th. Opus. 11. art. 24. de quo infra.

IX. Alii demum opinati sunt, impiorum carcerem in hoc aere caliginoso situm esse, quibus adherere videtur Gregorius Nyssenus in d. de Animis, & Resurrect. Quae opinio fundamentum fumere videtur ex Paulo ad Ephos. 6. v. 12. dicente: Non est nobis collectio adversus carnem, & sanguinem; sed adversus principes, & potestates, adversus mundi Reges tenebrarum harum, contra spirituales nequias, in Caestibus: ubi cum loquatur de dimoniis, eosque dicit habitare in aere, consequens fit, ut locus poenae, & infernus eorum sit in aere, cumque idem locus paratus pro poena Demonum, sit etiam locus poenae omnium hominum damnatorum, Matth. 25. vers. 41. fit, ut locus inferni sit in aere. Sed hoc non evincit. Nam licet ex divina dispensatione Demones in hoc aere veniant ad exercitium hominum, ut ostendit Tom. 1. in 1. q. 3. de loco Angelorum, Dub. 1. §. 2. ille tamen non est locus permanentis pro eorum poena destinatus.

X. Communis ergo huius temporibus opinio est, carcerem inferni esse situm in superficie, seu in medio aere centro terrae. Colligitur, ex 4. ad Ephos. v. 9. ubi Christus dicitur descendisse ad inferos partes terrae. Si ergo Limbus, & Purgatorium, ad quae Christus descendit, sunt inferiores partes terrae, infernus, qui profundior reputatur, erit infimus, & proinde in centro terrae. Unde, 2. 87. v. 13. vocatur infernus inferior. Et Prov. 15. v. 24. Infernus novissimus, id est, imus, & ultimus. Huius convenientiam assignat S. Th. in 4. dist. 44. q. 3. art. 2. quastione 3. Quod si quis est graviter in corpore, ita tristitia in spiritibus; & tristitia, sicut levitas. Dato sicut secundum gravitatem, si pondus sit ordinem tenens, inferiora sunt omnia corpora: ita secundum spiritum inferiora sunt omnia spiritibus. Et sicut convenienter locus gaudii electorum est Caelum Empyreum: ita convenienter locus tristitia damnatorum est infernus terra. Ex quibus foris hunc discursum. Idem est in spiritibus gaudium, & tristitia, quod in corporibus levitas, & gravitas: sed corporibus ratione levitatis debetur locus superior, & ratione gravitatis locus inferior ad mensuram gravitatis eorum; ergo spiritibus qui in gaudio sunt debetur locus supremus, & sic electorum qui in summo gaudio sunt, locus est Caelum Empyreum, spiritibus autem, qui in tristitia sunt, debetur locus inferior, & sic damnatorum qui in summa tristitia sunt, locus proprius erit infimus, nimirum, dicitur centrum. Unde, & in 2. dist. 48. q. 2. art. 3. ad 4. dicit quod post resurrectionem non erit aliquid nec super terram, sed solum in centro terrae, ubi erit infernus. Et dist. 50. q. 2. art. 2. quastione 4. dicit quod locus inferni simpliciter loquendo est subterranus: sed tamen ex divina dispensatione est ibi aliquis luminis, quantum sufficit ad videndum illa, qua animam torquere possunt: ut ad hoc satisfacti naturalis sicut loqui, quia in terra media, ubi infernus ponitur, non potest esse nisi facultas, & visus, & quasi famulus. Quibus S. Th. aperte asserit inferni locum esse centrum, seu medium terrae.

XI. Quia tamen hoc non est adeo certum, quin merito dubitari possit; cum nec a Scriptura expresse habeatur, nec Patres sint concordet, ut supra vidimus, & maxime quod in centro terrae ponendus sit; ideoque Sanctus Doctor alibi opinando aliter loquitur visus est; & praecipue, Opus. 11. art. 24. ubi propter quasdam rationes philosophicas, videtur opinari infernum non esse in centro terrae ponendum. Hoc tamen dubitanter se dicere non asserit ibidem testatur, & apertius, Opus. 10. art. 31. ubi quaerens an locus inferni sit in centro, vel circa centrum terrae, respondet. Ad hoc dicendum videtur, quod locus inferni sit infra terram, unde Augustinus in lib. retract. dicit: De inferis magis dicere debuissem, quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse dicatur: Ubi tamen sit infernus, an circa centrum terrae, vel circa superficiem, nihil arbitror ad doctrinam fieri pertinere, & superfluum est de talibus sollicitari asserendo, vel improbando.

XII. Ex dictis S. Thomae verbis colligo, nec S. Augustinum voluisse esse sollicitum de loco inferni curiosius inquirendo, sed hoc locum contentum fuisse quod sit subus terram, cum enim, l. 12. de Genes. ad lit. cap. 33. dixisset: Unde autem sub terris esse dicatur inferni, si corporalia loca sunt, nec unde inferi appellentur, si sub terris non sunt, merito quaeritur: lib. 2. retract. c. 24. quasi se corrigens, dicit: Quod duodecimo (libro) de inferis, magis mihi videtur dicere debuisse, quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse dicatur, sicut dicatur, quasi non ita sit. Infernum tamen in inferiori parte terrae situm esse indicat, lib. 4. in Summa, q. 99. ubi ad illa verba, c. 16. v. 33. Descenduntque ubi in infernum, dicit: Nos tamen secundum locum reversionis dicit esse inferum, hoc est in inferioribus terrae partibus. Et infra: Manifestum est, ut dicit, in inferioribus terrae partibus, ubi Sanctorum demerito est Angelorum, peccatorum Angelos in huius aere detrahit caliginem Scriptura dicit tanquam carceribus inferni puniendos referunt.

XIII. Quiaerit aliqui de inferni distantia a superficie terrae, ac de ejus amplitudine. De quo nihil certi affirmari potest. Et ideo ab hoc examinando, nec inutiliter tempus terram, abstinere. Quoad distantiam enim a superficie terrae ait

S. Th. Opus. 11. cap. 25. An possit fieri distantia a superficie terra usque ad infernum, supposito, infernum esse in centro, vel circa centrum terra, puto fieri posse distantiam a superficie terra ad centrum, non tamen usque in infernum, quia non credo ad hominem fieri posse ubi sit infernus. Neque quoad amplitudinem, qui modus, quo ibi manfuri sint damnati post resurrectionem, an in aliqua distantia unius ab altero, an per quandam commassationem unius corporis cum altero incertus est, ut ex D. Th. in 4. dist. 50. quast. 2. art. 2. quastione 4.

S. IV.

Quando conditus sit Infernus.

XIV. Circa tempus, quo conditus fuit, & preparatus a Deo carcer iste impiorum, certum est in creatione mundi fuisse conditum, & preparatum. Dabitur solum, qua die ex illis sex, quibus absoluti fuit rerum creatio, conditus fuerit. Nam primo Hebraei apud Hugonem Cardinalem, in t. 30. Isaia v. 33. volunt fuisse conditum secunda die creationis, quia loco citato Isaia dicitur, preparatus est ab heri Tophor, id est gehenna, vel carcer aeternus impiorum, id est, a-junt, ad illa die, que primo habuit heri, id est, diem praecedentem. Sed hoc non sufficit primo. Quia ab heri idem est ac ab initio, ut exponit Glossa interlinealis, & S. Th. in 4. dist. 47. q. 2. art. 3. quastione 3. ad 3. Vel ut exponit S. Hieronymus in dictum locum: Ab heri quippe, & a praeterito tempore preparata est a Rege domino Tophet, id est, laza & spatiosa gehenna, quae est aeternus vni arboribus. Secundo, quia secunda die facta fuit distinctio Caeli & terrae ab aquis superioribus, & inferioribus, ubi non est infernus, qui est in centro terrae, ut dictum est, vel saltem subus terram. Tertio, quia ubi ab heri dicitur in secundo die indicat post infernum preparatum fuisse die prima praecedente, sicut si hodie dicatur, ab heri hoc factum est, significo, die hesternae praecedente factum esse.

XV. Alii propterea, inter quos Molina de Opus. sex dierum dist. 11. & alii, volunt, infernum fuisse conditum tertia die creationis die; ea enim Deus ad congregandas aquas in locum unum, & erigendos montes aperuit magnas fuit terra cavitates, & insuper creavit metalla, & cetera fossilia, ac proinde sulphur, ac bitumen, quibus ignis inferni pacitur. Sed neque hanc opinionem probat. Quia dato etiam, quod tertia die facte fuerint cavitates terrae ad montes erigendos, & aquas recipiendas, adhuc tamen non evincitur, quod magna inferni cavitas ad recipiendos impios, & torquendos non fuerit prius facta: sicut etiam quod mineralia, & fossilia non fuerint una cum terra prima die producta, quia etiam productus fuit ignis, & proinde credere par est productum esse bulbam ejus in visceribus terrae.

XVI. Communior, & verior sententia est, infernum ipsa prima die creationis conditum, ac preparatum fuisse. Ita Hugo a S. Victore, lib. 1. de Sacram. p. 1. cap. 10. Quod agitur in mundo sensibili imago erat eorum, quae in intelligibili agebantur: nam sicut primo die Deus divisi lucem a tenebris, ita tunc simul Angelus a Daemonibus, gratiam a peccato, gloriam a poena, Caelum ab inferis disposuit. Idem senserit S. Gregorius, lib. 15. moral. cap. 17. (modo 29.) his verbis: Omnipotentis iustitia futurorum praesentia ab ipsa mundi origine gehenna ignem creavit, qui in poena reproborum esse semel incipit. Ergo ante peccatum Angelorum, & hominum in ipsa prima mundi origine preparavit Deus gehennam. Accedit Rubertus, l. 9. de Spiritu Sancto, cap. 21. dicens: Antequam constitueretur hic mundus, vel distingueretur partibus suis, creatus est ignis. Cum enim dicitur: In principio creavit Deus Caelum, & terram, cum adhuc terra, sicut adhuc lateret, iam ibi erat ignis in cavernis terrae, vel sicut recenditur venit.

XVII. Probat etiam. Nam sicut Deus statim ab initio preparavit Caelum empyreum, in quo remunerarentur merita iustorum: ita deuit ut prepararet carcerem inferni, in quo punirentur delicta impiorum. Eo vel maxime quod, ut docet cum S. Thoma communis Theologorum schola, peccatum Luciferi, & factorum contigit ipsa prima mundi die paucis instantibus post eorum creationem. Cumque sciret Angeli, qui steterunt, statim in Caelo empyreo gloria donati sunt, ita qui ceciderunt, eadem die statim damnati projecti sunt in abyssum aeternis poenis ibi cruciandi, consequens, ut sicut Empyreum iam preparatum erat, ita & infernus.

XVIII. Neque dicatur, quod cum Deus prior sit ad miserendum, quam ad puniendum, fiat bene, quod ante meritum preparaverit locum praemii, & quod locum poenae non preparaverit, nisi post peccatum. Nam etiam hoc dixerunt, non sequeretur intentum argumentum: Quia cum Angeli desultores prima die creationis mundi, & suae, peccaverint, & statim ad infernum damnati sint, esto post eorum peccatum conditus esset infernus, adhuc conditus esset prima die. Verum hoc non concedo. Nam sicut Deus est misericors, ita est iustus: ad iustitiam autem pertinet, tam preparare locum poenae pro iniquis, quam locum praemii pro iustis, maxime cum Deus utramque praefecerit, & peccata amborum, unde S. Thom. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. q. 2. ad 1. dicit: quod Sacramentum vitae penitentiae preparatum est in Dei praesentia ante peccatum, sed poena inferni non erat ordinata ad hominem penitentem ante peccatum, sed in Dei praesentia.